Ciuitate nra Wieliczka competebat consensu nro accedente No-
bili Joanni Scerbicz Secretarij nostri filio cessisset, eiusq cessionis
vigore nos eandem Aduocatiam eidem Joanni Scerbicz decreto nro
inter Instigatorem nrum et Cives Wielicien. lato adiudicassemus
is autem ea esset aetate, ut neq eam Aduocatiam ipse redimere
neq officium Aduocati recte gerere possit faciend nobis esse e-
xistimauimus ut eidem Joanni Scerbicz pfatum Paulum Scer-
bicz cui alioquin tanquam patri naturali tutella competit in
Administratione eiusdem tam officij quam bonorum daremus Pri-
mum itaq eidem Paulo Scerbicz pleram potestatem facimus ut
eandem Aduocatiam de manibus modernorum possessorum sua pecu-
nia in vsum filij redimat, uel si id vires ipsius non ferent ubi
poterit ad tempus pecuniam acquirat atq super summa qua
eandem Aduocatiam redempturus est reformet quod nos cre-
ditori quicunq ei hanc pecuniam numerauerit ita cautum esse
volumus ut de dicta hipotheca iux contractum cum eodem Paulo
Scerbicz faciend securus sit. Posteaquam vero creditori in sum-
ma pdicta satisfactum fuerit dominium eiusdem summae penes
pfatum Paulum Scerbicz manebit. Ita ut illi liceat eadem di-
sponere eamq cui voluerit siue liberorum suorum siue extraneo-
rum dare donare et obligare quam eius dispositionem nos
presenti consensu nostro iam ex nunc ratam facimus Inde-
per permittimus et committimus eidem Paulo Scerbicz omnem tam
officij quam bonorum eius administrationem ut velit libere pro filio
suo eam Aduocatiam possideat. officium Aduocatiale gerat
officiales ad illud officium pertinentes quoties opus fuerit insti-
tuat fructusq ex eadem Aduocatia prouenien omnes percipiat, ad an-
nos usq legitimae aetatis predicti Joannis Scerbicz filij sui Incuisi

Mandatum ad Conss. Warssoui

Sigismundus 3us

Famatis Proconsuli et Conss. Ciuitatis nrae antiquae Warss.
Fid. nobis dilectis grām nrām Regiam Famati Fid. nobis Dilecti
Instantibus iam Regni Comitijs mittimus authoritate nra Gnosum
Martinum Dobrosolowskij Burgrabium Crac. Zupparium Illicus. Secre-
tarium nrum Warsauiam ad consignand hospitia aliaq pro no-
bis preparand Quare Fid. Vris serio Mandamus primum quidem
ut conuocata Ciuium omnium communitate in presentia eiusdem Gnosi
Martini Dobrosolowskij eosdem officij sui admoneant seriòq iu-
beant ut quaecunq ille hospitia cuicunq inscripserit et assignaue-
rit ratum habeant venientes hospites libenter excipiant eisq
primarias habitiones preparent et euacuent. Deinde volumus ut
Fid. Vrae vna cum eodem Martino Dobrosolowskij eisdem ciuibus
serio prohibeant ne Propolos Oenopolos Tabernatores alios q

homines vagos et extraneos in domos suas suscipiant, neve illis
mansiones et cellaria conducant, ibi enim fures aliique scelesti
homines latibula quaerere indeque furta praedas homicidia aliasque
insolentias agere solent. Insuper pistores Braxatores aliosque
artifices et Macellarios omnes sedulo admoneant, ut res ho-
minibus nobiscum et ad nos venientibus necessarias in tempore
praeparent, earumque habeant quam fieri potest maximam copiam
tum et iusto pretio omnia vendant. Postremo serio Fid. Vris
iniungimus et mandamus, ut fimum lutum aliasque sordes in tem-
pore curent, idque non tantum ex foro sed etiam ex omnibus pla-
teis, ut ad civitatem melius quam antea fieri solebat manda-
tam veniamus. Haec et alia omnia ad bonum ordinem pro nro
nostrorumque adventu necessaria communicato in omnibus cum eodem
Martino Dobrosowskij consilio peragant et perficiant neque
secus faciant pro gratia et sub gravi indignatione nra.

Littera occlusa

Sigismundus etc

Generose Fid. nobis dilecte. Mittimus Varssoviam ad prae-
parandum ea quae ad adventum nrum sunt necessaria tum et ad con-
signandum hospitia Generosum Martinum Dobrosowskij Burgrabium
Castri Crac. Zupparium Ilkussien. Secretarium nrum Cracovien.
Itaque Fid. Tuam hortamur, eidemque serio mandamus, ut sit is qua in re
opera Fid. T. opus habuerit et non desit ut communicato cum
eo consilio arcem Cubicula nra et stubas tam pro servitoribus
quam pro Nunciis Exteris reparet, praeparet omniaque fieri et
parari sedulo curet et quaecunque ille curanda et paranda exi-
stimaverit. Neque secus faciat si gratiam nram charam habet.

Tutoria

Sigismundus etc Scamus etc

Quod cum intellexissemus Famatum olim Gregorium Jakubowicz
Armenum Civem Leopolien. in Terris Turcarum Imperatoris sub-
iectis nullo testamento nullaque bonorum suorum ordinatione facta vi-
tam cum morte commutasse liberosque minorennes filias post se
reliquisse faciendum nobis esse existimavimus ut pro nro Regio mu-
nere quod nobis in pupillorum patrociniis competit eisdem filiabus
bonisque omnibus ad eas pertinentibus tutores idoneos daremus
Cum itaque nobis esset expositum ad eam tutellam iure divino et
naturali Famatos Torosium Iwaskorem et Christophorum
Jakubowicze defuncti fratres germanos pupillarum vero prae-
dictarum patruos vocari ideo eosdem in tutores naturalesque
tutores eisdem pupillis assignamus et declaramus eis-
demque plenam et omnimodam facultatem damus tam bona
omnia mobilia et immobilia quam personas praedictarum pupillarum
in curam administrationemque suam recipiendi eaque in usus pupillarum